



Line, w. 3 - 3<sup>an</sup>



Open the door



*Oratio Rhodiorum.*



Marcus Rhodius Archiepiscopus: Magnifico & excellenti artium & I. V. doctori Gulielmo Caorsino Rho diorū Vicecancellario & Comiti Palatino. S. D. Orationem a me nuper habitam in Apostolico Senatu ad S. D. N. Alexandrum. vi. Pont. Max. nunc ad te mitto. In ea siquidem grauissimas instructiones sapientissimi Principis nostri pro uirili mea executus sum. Verum si non ea qua decuit elegantia tuæ partes erunt excusatum me ut facias. Tu enim qui prima mihi litteraræ documenta dedisti: cuiusq; monitis in celeberrimo Parisorum Gymnasio theoreticis potius disciplinis q; oratoriis institutionibus operam dedi: in magnam huius oneris partem accedis. Vale & me a quo plurimum coleris ama.

Anno Chri: 1493.

Marci Montani Rhodii Archiepiscopi & Oratoris  
ad Alexandrum. vi. Pont. Max. pro Rhodiorum obe-  
dientia Oratio.

**S**icut uis naturæ præsaga (Beatissime Pa-  
ter) cum res aliqua magna de proximo uen-  
tura sit: illorum mentes potissimum afficere:  
qui rem ipsam diutius audiusq; expectarunt.  
Etenim cum ad Orientales nuntium delatum esset de-  
tuæ Sanctitatis ad Summi Apostolatus apicem as-  
sumptioe: tanq; si Paschalis dies omnibus illuxisset ma-  
gna profecto omnes afficiuntur lætitia: Rhodii præser-  
tim populi: Rhodiana militia: sed potissimum Rhodios-  
rum Princeps & Magister Car. S. Hadriani. T. S. crea-  
tura ob sequentissima: Qui cū dies noctesq; nihil atten-  
tius excogiter: nihil accuratius animo uerlet: q; quonā  
pacto: quibusue modis Machumetana secta pessunda-  
ri: deleri: annihilariq; possit: quasi præsentiens in hoc  
T. S. fœlicissimo Pontificatu uetus ac diuturnum suæ  
mentis desiderium expletum iri: maximo certe ac pes-  
ne incredibili gaudio perfusus est: Cuius gratia per to-  
tam ditionem Rhodium feriæ solennes indicuntur:  
passim ignes incenduntur: supplicatiōnes generales ce-  
leberrimæq; fiunt: ut faustus perennis: Religioni quoq;  
Christianæ salutaris sit hic. T. S. fœlicissimus Pontifi-  
catus. Post hæc q; primū ad sacrorum pedum osculum  
Oratores mittere Cardinalis anno destinauit: sed ob-  
stitit deuoto instituto generalis capituli celebratio: quæ  
propediem instabat si affuissent patres: sine quorū præ-  
sentia id fieri minime licuit: Qui cū aduersantibus ma-  
ri & uétis tardius appulissent: res indies expectata præ-  
ter spem protogata est. Aegre profecto atq; molestissi-  
me tulit Cardinalis q; id munericus quantocius perfice-  
re non potuerit: prout frequentibus ad. T. S. datis iam:

pridem litteris latius expressit: excusauitq;. Absoluto  
itaq; Capitulari cōuentu nil antiquius ei cōtigit q; Ora  
tores deligere: qui Maiestatem tuæ Sanctitatis coram  
uenerarentur & colerent: Ad quod munus obeundum  
delecti sumus: licet graue nobis & uiribus impar: mihi  
potissimū: qui rem nouam & a meis olim lucubratio-  
nibus prorsus alienam aggredi compulsus sum: iussa  
tamen capessentes non sine longis uiarum discrimini  
bus maximisq; periculis: diuino certe freti p̄sidio por-  
tum salutis adepti: tandem uenimus tuæ Sanctitati &  
Apostolico throno omniem subiectionis & obedien-  
tiæ cultum impendere: prout impendimus: numeriq;  
tuæ Sanctitatis supplices flexis genibus uenerari & co-  
lere: prout ueneramur: colimus: adoramus: teq; uerum  
Christi Vicarium: legitimū Petri successorem: ac uni-  
uersalis ecclesiæ gregisq; dominici Episcopum & Pa-  
storem: deuota subiectione p̄itemur. Congratulamur  
insuper nomini Christiano q; tuæ admirandæ uirtuti:  
incredibili sapietiæ: innatæq; animi magnitudini sum-  
ma sit ascripta dignitas: summa auctoritas: summa de-  
uiciq; sit attributa potestas. Cumq; pro tempore exigen-  
tia æterno certe dei consilio decretoq; diuino sumimū  
sis tandem Pontificatum adeptus: qui iam pridem san-  
ctissimæ ac Christianissimæ memoriae Calixto tertio  
Pont. Max. patruo tuo in feruentissimo atq; ardentissi-  
mo Catholicæ fidei zelo successeras: maximam certe  
spem affers uniuerso Christianoru orbi: Orientalibus  
præsertim populis: Machumetanā pessundandi sectā.  
Nec inconcinne dixisse sinit militaris ordinis uotum:  
Apostolicæ legationis officium: situs uel ipse Rhodius  
quæ Cardinalem id exponere compellunt: nō equidē  
animo ut Mineruam doceat: persuasoue persuadeat.  
Nunq; Beatissime pater: nunq; fuit rerum tam accom-  
modatus concursus( a diuina certe prouidentia inscrutabili

tabili connexione causarum procedens Machumeteā  
extinguendi sectam req; ipsa cōficere: q̄ moderna tems  
pestate: quod sapientissima tua mente dijudicas. Adeſt  
enim Zem Sultanus incolumis: Magistri & Cardinaſ  
lis nuper iindustria Romā perductus: Qui cum ſit ter‐  
ror maximus fratri Bacziazith Turcor̄ tyranno quā‐  
tas uires habeat facile norint uniuerſi. Adeſt præterea  
multis antehac temporibus incognita inauditaq; Chri‐  
ſianæ Religionis Regū & Principum cōmunis una‐  
nimisq; concordia: Qui cum ſint in armis exercitatissi‐  
mi: adq; arma capessenda paratiſſimi: at tam præclarꝝ<sup>3</sup>  
facinus: tamq; ſalutarem Christianæ religioni obeun‐  
dam prouinciam: faciles ſe præbituros minime dubi‐  
tandum eſt. Neq; enim eſt adeo potens hostis pro it  
pleriq; putant: multa ſunt quæ ipſius uires eneruarunt:  
fames etenim assidua decē iam annos uniuerſam Affri‐  
cam oppreſſit: exhausit: & ad ultimā uſq; perniciem de‐  
duxit. Assyriorum uires pestis ardētiſſima tenues adeo  
effecit exinaniuſtq; ut de hominū memoria nunq; mi‐  
nores uis& auditæue fuerint. Turchorum deniq; rabies  
maiori ex parte extincta eſt: & propter ſtrages grauiſſi‐  
mas ab Affyriis: Pannoniis: & iampridem ab Rho‐  
diis ſuceptas: in quibus robustiores ipſorū interierunt.  
& propter ſidus pestilēs quo multis iam annis uſq; in  
hodiernum diem infecti innumeri pene ipſorum ex‐  
tincti ſunt: ſed & qui ſupersunt ſuum Principem parū  
obſeruantes maximis inter ſe agitan̄ quatiunturq; diſ‐  
cordiis. Vnde propter has & alias rationes. T. S. aliquā  
exponendas: grauibus & expertis auctoribus explora‐  
ta res eſt: conditionem infidelium (diuina certe coope‐  
rante clemētia) in eam diſpositionē deueniſſe: ut quod  
anteactis temporibus magno nauium appaſtu: maio‐  
ri armatorum copia: maximisq; ſummorum Pontificū  
laboribus & impensis uix attemptari debuit: Aut eiſ iis

nunc sœculis tuæq; Sanctitatis fœlicissimis tempibus  
minorī classe: minorī exercitu: minoribus impensis: ne  
dum dixerim attentari: uerē re ipsa cōfici obtineriq; fa  
cile possit. Tuum est igitur Beatissime pater & fœli  
cissime Pontifex egregium hoc facinus aggredi: Tibi  
debetur hic uictoriae triumphus: de te non temere cre  
diderim prænuntiatum fuisse illud euangelicū: Et erit  
unum ouile & unus pastor. Aggredere itaq; magnant  
me Pontifex hanc tam præclaram prouinciam Ponti  
fice Maximo dignā: Religioni Christianæ salutarem:  
deoq; optimo gratissimā. Quid enim saluatori nostro  
totiç curiæ cœlesti acceptum magis efficere potest in  
terris Christi Vicarius: q̄ infinitas pene animas perpe  
tuo baratro demergēdas in uiā salutis dirigere! Quid  
Christianæ Religioni (sedi præsertim Apostolice) cō  
modius: q̄ membra ecclesiæ: patriarchales uidelicet &  
metropolitanas: necnon episcopales ecclesias a suo ca  
pite disiunctas eidem capiti restituere! Quid deniq; in  
humanis fœlicius cōtingere potuit unq; Pontifici Ma  
ximo q̄ tribus imperiis: pluribus regnis: innumerisq;  
prouinciis: nouos duccs: nouos reges: nouos deniq; im  
peratores creare: instituere: præficere? Sed ne inculto  
sermone illa recensendo quæ tuæ Sanctitati notissima  
sunt coramq; oculis tuæ mētis dies noctesq; uersantur  
tediosus magis efficiar finem dicendi faciam: Modo il  
la quæ nobis in hac legatione præcipue demandata  
sunt q̄ breuissime absoluimus. Rhodiorum itaq; prin  
cipem & Magistrū Cardinalem sancti Hadriani tuæ  
Sanctitatis creaturam obedientissimā: uniuersum præ  
cursoris ordinem Hieronymum claram tuam Rhodū  
antiquis monumētis & nouis celeberrimā triumphis:  
cuncta quoq; loca Rhodiorum principis: quin potius  
tuæ Sanctitatis ditioni subiecta: fortunasq; omnes: tam  
pio offerimus uoto q̄ eosdē tuis sacratissimis pedibus

4

suplices prona mente cōmendamus. Cōmendamus  
& Rhodios xpipugiles: omni profecto (Beatissime pa-  
ter) ut ego a meipso loquar tanq̄ eius urbis antistes li-  
cet immeritus) cōmendatione fauoreq; dignos. Q uip  
pe cui cum eisdem aliquot annos uersato cuncta satis  
distincte rimari licuit: liceat & ueritati testimonium  
perhibere. Tantis siquidē Beatissime pater tamq; assi-  
duis grauantur laboribus. tam duris continuisq; affici-  
untur incōmodis: tam deniq; magnis pro fide Christi  
exponuntur periculis: ut ex his qui Rhodiana frequen-  
tant littora non dixerim decima: quindecimaue: sed ui-  
gesima uix eorum pars ad annum attatis quinquagesis-  
num satis facile superare possit. Iis quoq; qui ex tantis  
forte eripiuntur discriminibus ingrauescentibus potis-  
simū annis: & deficientibus naturæ uiribus: cum se ali-  
quando uideant fauore Principum non assistente suo  
rum laborum premiis stipendiisq; gaudere non posse:  
quin potius sui se mercede sanguinis q̄ miserabiliter pri-  
uari: q̄ durum: q̄ etiam anxium: q̄ deniq; saluti Rhodiæ  
periculosum cedat in exemplum piissima tuæ clemien-  
tissimæ Sanctitatis mens satis facile diiudicet. Respira-  
re tamen liceat his tuæ Sanctitatis æquissimis tempori-  
bus dum continuos & oportunos fauores se perceptus-  
ros ab eadem confidant: quæ cum esset in minoribus  
eosdem semper tutari: defendere: protegere: dignata est.

Dixi.


Habita Rome. x. Martii Anno uerbi incarnati. Mcccc  
lxxxiii. assistentibus. R. dominis ordinis Hierosoly-  
mitani. F. Petro Stoltz Magno Germaniæ Bailiuo &  
F. Berégario Santii de Barospe Priore Nauarræ Rho-  
diis etiam Oratoribus.

## Obedientia Rhodiorum.



Inc. 43<sup>82</sup>

45-662



Obdurate Rock

Ine. 43 - 8 am

